



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 10. Die vt lapides & c. Grauis tentatio, defectus panis: attamen fide
Deo, & serpentis attere caput: Eliseum imitare, & cancrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

iones; inquit, obseruat diabolus & te à capite ad calcem vndequeque circūspicit, conditiones & qualitates tuas examinat, ponderat, comparat, & iuxta illas, sic hominem impugnat: Nullus auceps tam attentus explorat, quid queque exoptet a uicula, quam aucupari fludet, ut cuique saginam offerat palato eius & naturæ conuenientissimam, quemadmodum ipse diabolus, quid agat quid carni tuæ, quid naturæ, quid sensualitati lubeat, placeat, satisfaciatur: *Vicinas complexibus deceptiones parat*, ait D. Basil. *Omnium deservit consuetudines* (inquit D. Leo.) *Veniat curas, scripturarum affectus, ubi causas quarit, natiuitatis, ubi quemque uiderit studiosius occupari.* Conformiter huic doctrinæ exponit D. Irenæus id quod Dominus ait se penitenti versipelli: *Tu in sidibus calcaneo illius*, per calcaneum intelligit inclinationes, quibus anima huc illucque progreditur. Et huic concinit David illis verbis, quæ iam exposuimus. *Omnes cogitationes eorum in malum inuolunt, & abscondent, ipsi calcaneam meam obseruabunt, sicut sustinuerunt animam meam.*

Hunc lucem accipit uisio D. Iohannis, qui, ut obseruat D. Thom. Rupert. Abbas & Richardus de S. Victor. uidi hunc in nitum militem equo insidentem nigro, *Et habebat stateram in manu sua.* Bone Deus, an statera iustitiæ symbolum non est? A quo tempore igitur seruauit diabolus iustitiam, aut ad illam quidem uelle mel attendit? Significatum uoluit, quod uinculūque ponderet & appendat conditiones, & quid huic, quid alteri magis conueniat. Audiamus de hoc D. Augustinum cum Deoloquentem præclara uerba. *Versutus est iste hominis, & tortuosus, nec facile deprehendi potest circuitus uia eius, nec cognosci species uultus eius, nisi in illuminet: nunc nunc hic, nunc illic, nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem in se ostendit, & singulis quibuslibet qualitatibus, licet, & temporibus secundum rerum mutationes, uariis exhibet reptationes. Nam ut tristis decipiat, tristatur, ut gaudens illudat, singit, & ipse gaudet, ut spirituales defraudet, in Angelum lucis se transfiguratur, ut fortis comprimat, apparet agnus, ut miles donoret, apparet lupus. Hæc quidem omnia secundum similitudinem uariarum tentationum eius habent, ut terrent alios timore nocturno, alios à sagitta volante in die, alios à negotio preambulante in tenebris, alios ab incursu, alios à damono meridiano. Et ad hæc quis idoneus, ut cognoscat? Et astutus eius quis cogitauerit? quæ uel laus speciem uoluntatis eius, &*

gyrum dentium quis agnouit? Hinc sanam discite Spiritus S. consilium. *Fili in uita tua, tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non des illi potestatem.* Attende, fili, explora pulsum tuum, & ubi uideris malam tuam inclinationem, illam reserua. Ad quid, si te bile inardescentem noueris, litium te committis occasionibus? Ad quid, si te mulierum amore certas deperire, eas quæraris aspiciendas? Ad quid, si te inter ludendum aduersas exacerbari, & hic naufragium tibi, tuæque familie parari ad lulum frequentius, ad illum tendis uelocius?

§. 10. *Dic ut lapides &c. Granis tentatio, defectus panis: attamen fide Deo. & serpens attere caput: Eliseum ixitare, & canerum.*

SENTIT Dux noster fortem hunc hostis impetum, & se facta excelsans scriptura, ictum secundum. *Scriptum est, non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei.* stupenda responsio: quæ diuina nobis proponuntur documenta, ut hostis nostri impetum retundamus. Hæc erat hostis uersuti calliditas, quod si Christus Deus esset, hoc eum ad sui cogeret manifestationem: si uero nihil amplius quam merus homo, permoueret ut à ieiunio & mortificatione sui in Dei gloriam inchoatâ, citius abstineret, cum tandem se fame fatientem cerneret, & omni destitutus alimento, solos lapides reperiret: & illi dicere uolebat. *Ecco iam à quadraginta diebus hanc eremum ingressus, & capilli Deo seruire, in eo quantum illi perplacet, stricto ieiunio: uerum tamen attendis uelim: quod tibi nec de uua passa uel uinea, nec pisa prouiderit, in cui nutrimentum: & tandem te fame oppressum ingemiscas, solis lapidibus, sine panibus in clementer exceptura. Consule tibi, hoc desere ieiunium, uita tua prouide, & quibus te sustententes inquire diligenter: cum hac uia, quæ capilli, hoc non sis adeptus. Hoc uisur argumentum, quo plures solet decipere, & persuadere, quod si in Dei obsequio constantes perfluerint, se perituros. Puellam accedit piam & pauperem: persuadet: *Quid infelix hic tuo degis ergastulo? quot iam diebus expectas? Caue, ne constans tandem pecunie inops qua tibi succurras, inueniaris panis indiga, uel tibus orba, solis lapidibus, & nudis circum parietibus, quo te uitas, nescias. Amodo hæc sufficiant, jam quæ tibi necessaria**



necessaria sunt sedula conquire, ecce tibi pre-
sto sunt, si tali accessum concesseris. O miser
sed honore & venerabilis civis, qui Deo ser-
uis, rei alienæ possidendæ inimicus, tandem
prole nimia pressus, muliere & necessitate pre-
gravatus, ad extremas reductus angustias, totis
lapidibus diues, illo te solare & medere, con-
tractu tibi oblaro, & quo possis tibi medio suc-
currere, vno præstito penurio, ecce remedium.

*Tyact. 2.
in Job. 7.*
Hæc illa fuit tentatio, quam vt grauis-
simam ad vltimum impetum in Job faciendum reuer-
tuauit, vt docte declarat Origen. quæ eum per
os vxoris est aggressus: Peritit fidelis in Dei ob-
sequio famulus, ablati bonis, filius interemptis,
salute priuatus, sedens in sterquilinio putredin-
em non leni sudariolo, sed asperis emundaus
testulis, & lapidum fragmentis detergens vul-
nera: qualesadâ mulier prociaci virum verbo
exuleerat: *Adhuc tu permanes in simplicitate tua?*
benedic Deo & morere.

Emphatica sunt omnia verba hæc, & graui-
da mysteris. Tu qui te Deo seruire iactabas
tibi que applaudebas, quod ob hoc tibi auxilia-
tor adesset tuis in necessitatibus opportunus &
nihil tibi vnquam defecit: in hoc perstra &
morti te obijce, nihil habebis aliud. Textus, quo
vius erat Orig. legit: *Quousque sustines? q. d.*

*Vid. Tyact.
7. n. 132.
C. 199.*
Opes quas tibi à Deo datas gloriaberis, in ob-
sequi tui mercedem, iam iuges direptas: filios
tuos, quos te Deo nutrire asserebas, domus rui-
na oppressit: adeo viuis omnium indignas vt
quo infirmum corpus tuum reclines, non ha-
beas: quæ te spes alit, in hoc Dei famulatu
perseuerantem? Virgens tentatio: Hanc decla-
rat Spiritus S. describens diabolum sub figura
Elephantis: *Stringit caudam suam quasi cedram.*

*Job. 4.
40. 12.
Tyact. 7.
n. 138.*
Et velut prælum; quod omnem aduer-
sariæ hic succum vt latus alias exarauimus: Hoc tibi
semper sit in ore responsum, quod in eum finem
Deus tanta prodigia fecerit, quibus Ionas in
maris abyssu se sustentabat, Elias quadraginta
dies in monte, & Moyses totidem, quinimo &
illi septem dormientes. *Scriptum est: non in solo
pane viuit homo: quod licet prægnans in ter-
tentatio, vires Christus suggerat ad resisten-
dum, illis vt bis: Scriptum est: non in solo pane
viuit homo.*

*Sed in omni verbo, quod præcelsus de ore Dei. Fide
Deo, quod ille cuius potentia egressus es de
Egypto, tui curam geret diligentissimam.
Quando illa Israelitas eduxit, sicut arefebant,
murmurabant quod eos eduxisset, & Moyses
per arentia & ipaquosa populum deduxisset, vbi*

omni subsidio destituti miserè interibant. Re-
currit Moyses ad Deum, quotenus populum
& ab ea liberaret inquietudine, qua anxiantur:
Mandat Moysi Deus: *Virgam qua percussisti flu-
uium, tolle in manu tua: Videant virgam in
manu tua, quæ percussisti fluuium; eum fenio-
ribus de hoc ages negotio, hæc illos in memo-
riam reduces istius miraculi magnitudinem, per-
cussisti fluuium. Tunc enim viderunt, quod
aque conuerse sunt in sanguinem. Alii ems,
quod pro illis gessisti in mari rubro recorda-
buntur. Virgam illam vident, & recordantur
eius quod cum illa fuerat operatus, qua ratione
seruauerit incolumes; ab inimicis defendenti, in
portum adduxerit: vt sic confidant, me illis
modo non defuturum. Extempo in illos arma
sumit Amalec Rex Amalecitarum, ex Esau
descendens, & filio eius Amalec. Tolle virgam,
ascende montem, pugnet Iosue in montis plani-
ticie. Videat omnis populus virgam in altum
erectam, vt Dei beneficiorum, per eam memo-
res, spem certam capiant, Deum illos nunquam
defuturum. O il Christiane, mente reuolucres,
quæ tibi Deus præstitit beneficia, & quanto his
maiora; & de quantis his apertioribus eripuerit
periculis, venit Amalec. *Populus linguæ aut
Lambens sanguinem.* Tales sint tuæ præcautiones
oportet. Quid agam? vae mihi desperato, in me
sumit arma populus sanguisuga, & spiritum
visceribus erunt, & me deserunt ab omnibus
derelictum. Ne timeas confite: quia *Non in solo
pane viuit homo:* alia tibi via Deus prouidebit.*

In mentem reducit illam Israelitarum histo-
riam, qui isdem præli molestus, dum iter car-
pant versus terram promissionis, pane & neces-
sario pabulo destituti, per aspera deserta, solis
duri lapidibus strata contrabescunt: dum vero
mihil præter presentem mortem fame enecti
perhorrescunt, ad ortum auroræ depluit illis de
caelo manna, quod nec sciebant quid esset, nec
vide, nec quomodo illis adueniret, quo famem
expleuerunt. Nostin' o popule Dei quærit
Moyses cur hoc Deus fecerit? Vt noueris, quod
si fidelis illi serueris, nequaquam tibi decrit, &
quando tanta languescis inopia, vt non mis-
pides videras, prouidebit ille et eo quo sibi ma-
gis placuerit, vt vide, vel quomodo tu proflus
ignores. *Dedit tibi cibum manna, quod ignorabis Deus,
tu, & patres tui, vt ostenderet tibi, quod non in
solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod egre-
ditur de ore Dei.* Præclarum sanè opus, & lectio
vtilissima. Quis cogitaret in tantæ famis ang-
stus,

Exod.
17. 2.
1.
Fida-
cia de
Dei
subi.
dio ex
præ-
tuit.
32
Deus.
3.3.

his, ubi nihil prater famem conspicias, quæ
 quæque tuas veritas oculos per omnem terram am-
 bitum: quod ibidem de celo Deus prouideret,
 idque eo modo, ut nec ipsi scirent, quid rei esset,
 quod illis largiebatur, nec ubi compositum, nec
 que derulissent manus, & dum nihil minus cogi-
 tant, ante eorum oculos manna reperitur:
 quando circa omnes partes, quas liceret imagi-
 nari circumspicientes præsolantur auxilium, &
 se spe omni frustratos arbitrantur: tunc ex nubibus
 desuper (quis posset imaginari, quis crederet?)
 illis produxit, non fulgura nec aquarum gur-
 gites, sed panem de caelis dedit omne delecta-
 mentum in se habentem, & saporem suauitatem:
 omnium que gustauit mundus, maxime nutri-
 tium. Ad quid hoc? ut ostenderet tibi, quod non in
 solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod pro-
 cedat de ore Dei. Hoc sit tibi responsum familia-
 re: O Codro pauperior, & tibi quoque puella
 integerrima, nec te præcream o Domina, que
 tibi totum deesse mundum conquereris: hoc
 attendas (amabo) si Deo seruis fideliter, fiet
 præter nudos lapides videas nihil, tibi succur-
 ret, eo modo, ea vita, qua minus tibi persuade-
 bas. De his actum Dominica quarta.

His igitur in illud tempus reiectis, & aliis,
 que hinc alias explicauimus, modo arripimus
 instructionem, quam obseruauerunt D. Ambrosius
 & D. Chrysostomus. Scilicet quod Chry-
 stostomus hac responsione se diabolo voluit oc-
 curre: non aperire declarans, verum esset, aut
 non esset filius Dei. Vtrum posset, an non de
 lapidibus panes producere: verum illi Deus
 desisset, vel non, illi cibum ministrando: nihil
 horum in questionem vertit, nisi quod istum
 recundat, diuine se committens & potentis &
 prouidentis: illud tantum attendens, quod in
 lege Domini scriptum est: cui sine replica ad-
 haerendum: *Scriptum est: Adhæce hic diuinum
 documentum ex D. Greg. a vein tentationibus à
 dæmone tibi propositis, in dubium non reuo-
 ces, vtrum hoc sit agendum, nec ne: si tibi hoc
 contemnat, nec ne, vtrum pauper sis futurus,
 obseruans Dei legem, nec ne, hoc tantum age,
 te ipsum illi occlude his verbis: Hoc mihi a-
 gendum incumbit: mihi obligatio mee satis-
 facienti, Deus verbo suo neutiquam deerit.
 Scriptum est: Hoc nos docuit Apostolus. Nolite
 locum dare diabolo. Videtur in mentem reuocare,
 id quod Dominus à mundi principio docuerat:
 nimirum qua ratione superandus esset serpens:
 Gen. 3. 15. in dam aut ipsa conteret caput tuum. Hæc est ser-
 pentis natura (ut ille D. Greg. Nyss.) ut si capiti-*

eius cedas locum, illico totum subsequitur cor-
 pus: caput eius contere, non intrabit. Satan
 serpens est: hic modus eum superandi: caput
 eius contere, tentationis exordio resistere, ne cesseris
 ei locum, ne cum illo disputes. Hæc prima
 causa ruinae matris nostræ: Eux: auctore D.
 Chrysostomus quod loquenti serpenti, & querenti
 rationem, cur præcepit vobis Deus, ne comederetis
 de omni ligno, caput non illiserit, sed
 ingressum dederit, in dubium cum illo reuo-
 catus: an conueniret, necne? Intorquet tibi
 diabolus sagittam, ut ad domum talis accedas,
 si in contumaciam ducas: ibo ne an non ibo:
 num mihi inde vllum procreatur damnum, an
 non? actum est de te, occlude te: responde:
 Scriptum est, *Non eras. Euxus propheta jam nunc ab im-
 pio. Rege loram millos carnifices, ut sibi caput
 præstuderent, qui modo nuntium suum præ-
 miserat, ut autem cum offecit, ait, ostia occlu-
 dite, ne patiamini ingredi: quod si intrauerit,
 eum statim Dominus suus subsequetur. Ecce
 sensus pedum Domini eius post eum est. Ostrea
 species est pilvis inter duas conchas, quam can-
 cer vehementer appetit. Myrum quid inquit
 D. Basil. & D. Ambros. de verisura vnus,
 & diligentia alterius. Prodit ostrea, solis radiis
 expanditur, conchas dilatat, & quiescit. Leta-
 bunda circumuagatur, cancer nec audeat propius
 accedere, nec se periculo exponere si enim ostrea
 conchas occluserit, cancerum diuiserit medium:
 hoc autem agit, ei lapillum iniicit, si ostrea mo-
 retur, nec continuo lapillum euomat, adest can-
 cer, & cum testas non possit occludere, ostream
 eripit. Si vero ut primum silicem perceperit,
 cum rejiciat, & conchas occludat: in tuto est,
 & delusa canceris verisura. O David: si dum foli
 exposito, ut ostrea in solatio dore us tua, pecto-
 ris tui conchas dilatanti, & obambulationi in-
 tento, cancer infernalis iniicit, animæ tuæ ap-
 petens edulum, lapillum, impulsam, quo te
 commouit, ut Bethsabeam inspiceres curiosus è
 regione nudam seque lauantes, illum tu omni-
 les? Si Iudas quando Magdalenam vnguenta
 spargentem vidit, & pectori eius diabolus sili-
 lem iniiciebat, vtrum sumptum hunc super-
 fluum reprehenderet, nec ne, illum actutum
 expulset: Si quando tibi, Domine, lapillum
 iniicit, ut ad talis accedas ad es confabulaturus
 & tibi, Domina, ut à tali accepto habeas lite-
 ras, illum euometes: longè abesse tantum ani-
 mæ tuæ detrimentum si eo momento quo inci-
 dit, patet, scintilla, ea suffocaretur: nullum
 timeretur*

Apud La-
 poma. in
 cap. 3.
 Lib. Gon.
 33
 4. Reg. 6.
 32.
 a Hom. 7.
 in Hexam
 b Lib. 1.
 Hexam.
 cap. 8.
 De his &
 aliis ad
 hoc insit.
 Tract. 8.
 §. 29.
 39.

232
Iacob. 3.
2.

damnum; at si contematur; *Parva semilla magnam sylvam incendit.* ait D. Iacob.

§. 11. *Mitte te deorsum &c. Diabolus doctus est logicus in argumentando: sed eius vis finitur in loquendo & in dicendo: Mitte te &c.*

34 **I**nimicus hoc primo confictu confusus, alterum intendit; Christum per aera deuchit in Hierusalem; statuit supra pinnaculum Templi tentat; *Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim: quia Angeli tuis mandaverunt de te &c.* Fuit hæc tentatio, quasi replica quædam priori Christi responsioni. Est diabolus sophista logicus (ait

Hom. 22. D. Chrysof.) Hæc doctissimi Logici arguta est & 3. de pa scientia, quando proposito primo argumento, eorum solutio, ex solutione materiam trahit alterius argumenti, quo alterum præmittit instantius.

Ita egit hic astutus sophista cum Iob: hic eius primus fuit assultus, quando eius instinctu manu copiosa Sabæi irruerunt, armenta bouum, & asinarum deprædatis sunt, seruos custodes trucidarunt, vno solo excepto cuius ore timendum liberaret ictum; & diceret: *Botes arabant, & asina pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, &c. remansit ego solus.* Soluit sic Iob argumentum, & ictum repellit: oculis in caelum directis, q. d. *Modo mihi Deus non obstitit, nec caelum aduertetur, nihili facio quidquid mihi possint inferre damni male voluntatis homines.* Hæc molitur, ut ignis descendat de caelo, pastores, ouesque consumat, vno excepto, quo secundum tenet impetum, & qui dicat: *Ignis Dei descendit de caelo, & tacitas oues &c.* q. d. *Argumento meo respondisti: nec damnum inest assultus Sabæorum: quia terreni erant, spes vero tua caelo Deoque nitebatur secura, contemplant modo, in tibi caelum aduertatur, Deus inimicus de sub caelo igne suo oues tuas demolitur, super bona tua fulgura depluit ardentissima. Non dixit, Ignis a hoste, sed Ignis Dei, cui confidebas. Vidit diabolus, ait D. Chrysof. Iob audiam rem tolerare*

Iob. 1. 15. *generoso animo, & ad seipsum conuersus, dixit: Male iniuriam, dicens, homines secum pugnare. Potest ex hoc iste cogitare: quoniam si me homines expugnauerunt, quid apud Deum interrogatio? Vi ergo ab hominibus eius mentem ad Deum traducat, atque ostendat, non homines, sed Deum bellum suscipere, dicit ei: Ignis de caelo descendit, ut non homines & hostes videantur iniuriari, sed ignis de caelo decidit, quasi dicat: Quare seruis iniuriari;*

Iob. 1. 16. *quibus*

D. Chrysof. *generoso animo, & ad seipsum conuersus, dixit: Male iniuriam, dicens, homines secum pugnare. Potest ex hoc iste cogitare: quoniam si me homines expugnauerunt, quid apud Deum interrogatio? Vi ergo ab hominibus eius mentem ad Deum traducat, atque ostendat, non homines, sed Deum bellum suscipere, dicit ei: Ignis de caelo descendit, ut non homines & hostes videantur iniuriari, sed ignis de caelo decidit, quasi dicat: Quare seruis iniuriari;*

Eo modo cum Christo pugnat. Primum tentauit, ut ieiunium in Dei honorem susceptum deleteret, cum post tot præstita obsequia non nisi duos lapides præ manibus conspiceret. Respondet illi Christus; quod omnem cogitatum suum iactaret in Dominum, qui in tali necessitatis casu suis prouideat abundanter, ut filius Israel manna ministravit ipsis ignorantibus, unde, aut quomodo. Solutionem capir, Diabolus quæ sic resolutur: in tali premente necessitate, Deo fidendum. Hinc educit ipsam replicam, & statuens illum supra pinnam templi; sic assulit; optima solutio, placet, quod Deo fidat, qui Deo seruit, placet, sibi non deleat seruitutem. Si igitur tali spei fiducia nitens; *Mitte te deorsum* quod si scriptum est: *Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei;* patet scriptum est: *Quoniam Angeli tuis mandauerunt de te, in manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum:* q. d. *Cum respondeas argumento per scripturam, ex alia argumentor scripturam; & cum arte me illudas, pari arte te conuenio.* (a)

Entibi aliud documentum, quo te Christus docet esse semper vigilem, etenim quando diabolus ex hac te parte non potest euincere; coquod te in contrariam uidet inclinatam ut calidus luctator, vires suas in illam retorquet. Quæ tibi o iudex inspirat diabolus, ut obligationi officii tui attendas, processus expedias sic in ista totum consumis tempus, ut ne hora quidem superstit ad orationem? Si te certis reluctantem, & subindo vacantem orationi, & diligenti vigilantem faciendæ confessioni, si obtus; equidem veram est, hoc esse tui muneris causas componere litigantium, sic tamen id faciendum, ut a iama tuæ cura, a qua dependet omne bonum, non negligatur, reflectit impetum, & ex hac te parte conatur superare, dum te sic permouet ad opera pietatis, ultra debitum, ut omnino deficias tui muneris obligationi, & ut sub titulo deuotionis, & animæ tuæ curæ, id negligas ad quod obligaris, causasque tibi committas negligas infidelis.

Oberudit tibi, ne ieiunes, adolescens es, crederet te oportet: opus est alimento, ac vinibus, ut pote cuius sanitas Reipublicæ apprime est necessaria, & conuenit illam salutem te tamque consuare. Vires sumis, in faciem resists, & ieiunium amplecteris, diebus veneris & Sabbati, aliis quoque diebus abstines supererogatorie. Continuo ex alia parte te impugnat: adhortatur ad strictiora, & diuturniora ieiunia, quibus

(a) Part
ingit de
arte, p
modifica
partic.